

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237

[S.l.], 1661

Sententiae spiritualis regularis perutiles

[urn:nbn:de:bsz:31-127475](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127475)

Sententia Co. Spirituales Religiosis per
vtililes.

2

1. Corenam in Religione, labor præcedit et pugna.
2. Tutus in Religione vivit, nō qui sibi, sed qui deo vivit.
3. Semper deficit Religiosus, qui in sua vocatione nō semper proficit.
4. Religiosus, qui aliena curat sibi, suiq; deest.
5. Deo servire nō potest Religiosus, qui sibi nō dominatur.
6. Non quæ duc in Religione fuerit, sed quæ bene vixerit, in ea refert.
7. Furtivū facit, qui sine fructu in Religione vivit.
8. Quomodo morietur in dño Religiosus, qui in vita pro dño nō laboravit.
9. Male vititur Cella, qui in ea, vel nō agit cū Chrō, vel nō laborat pro Chrō.
10. Nescit se amare Religiosus, qui nimium sibi indulget.
11. Vult deo servū suū cordatū, nō delicatū.
12. Non deo, sed sibi servit, qui in dei servitio sua procurat cōmoda.
13. Ve, ve illi, qui inter bonas malus est.
14. Non est humilis Religiosus, qui de dignatur, vel nō optat sperni.
15. Non est pauper, qui paupertatis nō sentit incommoda.
16. Non est Castus, qui Castitatis hostes nō illicite fugat.
17. Nō est obediens, qui obediendo propriū sequitur iudicium.

18. Religiosus ornatur quibus scientia, sed Virgo coronatur.
19. Vale tibi, qui aliorum verbo instruis, et exemplo destruis.
20. Venerunt Religiosi propria Voluntas.
21. Cum per urbem incidis, memento te Religiosum esse, non pietatem rem.
22. Vale Religioso, cui cordi magis est Sanctitas quam Sanctitas.
23. Servus Dei non vivit ut comedit, sed comedit ut vivat, et Serviat.
24. Servus Christi pro Dei amore non curat propria incommoda.
25. Religiosus negligens, Lætitia Dæmonis.
26. Religiosus curiosus, oblivio sui.
27. Quo magis laboras pro Christo, eo plus debet Christo, quia fructus tuus est.
28. Absit à Religioso Vocem habere Jacob, et mang Eravi.
29. Lingua Religiosi, cordis mentisq; tuba.
30. Religiosorum exempla mors est vita Secularium.
31. Religiosus quomodo eris lux mundi, si neque tibi lucet!
32. Nescit lucrari Christum, qui nescit pati pro Christo!
33. Bonus Religiosus non minus Charus est Deo infirmis, quam sanis.
34. Non erit clamor in valetudinario, si patientia erit infirmo, et Charitas in infirmario.
35. Non religiosus, qui venialia non curat, vivit.
36. Si Venialia in Seculari displicent Deo, nunquam placebunt in Religioso!

37. Religiosus otiosus, demon venatur et capit.
38. Religiosus litigijs, officialis demonis.
39. Non est familiaris bes, qui non est amicus orationis.
40. Extra seculum non datur Religiosus, qui affinitate nimia sollicitudo tenet.
41. Veluti pila ludit demon, Religiosus vario.
42. Alijs prolesse, et sibi nocere stultitia est, non Charitas.
43. Bonus Religiosus spernit mundum, et gaudet se sperni a mundo.
44. Senex Christi studet esse Sanctus, et non cupit videri Sanctus.
45. Nichil Christo debiti, si ei cor tuum totum non dedisti.
46. Religiosus servens flagellum demonis.
47. Religiosus iracundus fulmen inferni cuncta perturbat.
48. Religiosus mansuetus decentia statz et ornamentum Religionis.
49. Quid tibi proderit reliquisse seculum, nisi poenitentia egeris in Religionem?
50. Senex Christi patienter tollerat, parce loquitur, et multum laborat pro Christo.
51. Religiosus indifferens, Religionis gemma pretiosa.
52. Te reliquisse mundum verum est, sed agere, ut mundus in relinquat te, melius est.
53. Ille est vere Religiosus, qui vere dicit, Deus meus et omnia.
54. Religiosus proprietarius plus amittit, quam furatur.

55. Inquietè viues, si vna in te regnet passio, etiam si
religie mortificate sint.
56. Non superiore, sed se fallit Subdit, qui pro nolle, dicit,
se nò posse.
57. Qui suū Superiorem nò habet loco dei, nec deus habebit eū
loco filij.
58. Si in Religione inter bonos nò es bonus, quomodo in secu-
lo inter malos, bonus eris?
59. Cui in Religione pacè vult habere, cū Fratribus, semini con-
trahat.
60. Ingratus Religiosus ille est, qui putat se plū cōtulisse Re-
ligioni, quā accepisse ab ea.